



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIX. De officio & potestate judicis delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

pi sollicitudinem levant: vicarii vero alicuius
vicem gerunt. *Inf. lib. 6. c. 1.* Ideo a vicariis
episcopi non ad ipsum episcopum, sed ad
chiepiscopum appellatur. *Inf. lib. 6. de ap-
lat. c. 3. in prin.* licet ab archidiacono &
inferioribus praelatis ad episcopum appo-
2 tur. *d. cap. 3. §. 1.* §. Nota primo, rector
paroecialis ecclesie non per vicarium, sed
seipsum illi ecclesie servire debere, nisi paro-
ecialis ecclesia sit dignitati vel prebenda
nexa, quo casu qui talem dignitatem vel pre-
bendam habet, cum debeat in majori ecclesia
deservire, in paroeciali ecclesia idoneum
perpetuum vicarium constituit. *Inf. de pro-
3 ben. c. extirpanda. 39. §. qui vero.* §. Nota
secundo, vicarium non posse alium vicarium
sibi substituere *cap. 4.*

XXIX. De officio & potestate iudicis
delegati.

DElegatus quoque vices alienas, id est
delegantis gerit in causis sibi commissis.
sane quia. II. §. c. cum olim magister. 33. Huius
officium in jurisdictione contentiosa certum
2 §. Porro delegat vel Papa. *cap. 1. 3. & p. 1. §. 1.*
b. t. vel princeps, vel quilibet ordinarius.
*Inf. de appell. c. cum causam. 62. in fin. & de
jud. l. 5.* Sed hoc titulo vel solum, vel prin-
cipaliter agitur de delegato a Papa, & de
subdelegato. Unde quia hic in causa
com-

ommissa potestatem habet etiam supra ju-
 dicem ordinarium. *c. 1. d. c. sane quia. ii. c. ex*
litteris. 29. eique ordinarius parere tenetur.
cap. pastoralis. 28. §. quia vero. ideo titulus præ-
ponitur tractatui de iudicibus ordinariis.
 3. Delegantur causæ, vel uni, vel pluribus. 3
c. caus. c. 16. c. prudentiam 21. c. cum causa 22.
c. cum super 23. & Inf. lib. 6. c. 3 & c. cum in plu-
 4. res. 8. §. Et vel delegatur una causa. *c. 6. c. su-*
 4. *per eo. 15. cap. causam matrimonii 16. c. causam*
quæ. 17. c. cum causam 22. vel plures. c. 3. 4.
 cum simil. §. Propria iudicis delegati a Papa 5
 vel a principe hæc sunt. I. Jurisdictionem ha-
 bet, ac sententiam suam exequi potest. *c. 1. 5.*
cap. in litteris. 9. cap. sane quia ii. c. querenti.
 2. Nec solum in partes, sed etiam in quos-
 cumque alios jurisdictionem ejus impedi-
 tes potestatem habet. *c. 1. & quidem majo-*
 ram, quam iudex ordinarius, ut supra nota-
 vi. Alia est ratio iudicis dati ab ordinario:
 quia non ipse sententiam suam exequitur, sed
 ordinarius qui eum iudicem dedit. *D. de re*
judic. l. a. Divo Pio 15. in pr. Sed ne quidem
 Papæ delegatus cogere partes potest, ut co-
 ram se personaliter compareant, nisi vel de
 hoc acceperit speciale mandatum, vel sit cau-
 sa criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro
 iuramento calumniæ præstando, vel ob aliam
 iuris necessitatem. *Inf. lib. 6. de jud. c. 1.*
 II. Causam alteri subdelegare potest. *c. 3. & 6.*

c 4

& C.

& C. de jud. d. l. 5. Sed notandum est auctoritate literarum sedis apostolicæ, legatorum ejusdem, non posse aliis committi quam dignitatem aut personarum habitibus, seu ecclesiarum cathedralium capitulis: nec alibi audiri, quam in civitatibus locis insignibus, ubi possit commode personarum copia haberi. *Inf. lib. 6. de refer. tit. 1. §. 1. in pr. §.* Dicitur est de iudice legatus: transgrediamur ad iudices ordinarios inter quos primum locum tenet legatus apostolicæ.

XXX. De officio legati.

Legati significatio duplex est. I. Legatus Papæ accipitur pro eo, qui a principe vel a republica missus est negotii publici causa, ut sit iudex, ita accipitur *dist. 1. c. jus gentium. 10. & dist. 97. c. nobilissimus. & D. & C. de legationibus.* II. Pro legato sedis apostolicæ qui est ordinarius iudex, & vices Papæ gerit in provincia, & ita in hoc sumitur, *c. 1. §. 1. 8. & Inf. l. 6. c. 2.* III. Pro legato provincie jurisdictionem mandatam habente. *D. de leg. sic. procons. l. 4. §. ult. l. legatur 12. & l. legatus l. ult. §.* Differt legatus Papæ, I. A iudice legatus a Papa: quia huic tantum una vel quot certæ causæ delegantur: legatus vero a Papa omnibus causis tanquam iudex ordinarius cognoscit, dictis iuribus. II. A nuncio apostolico.